

Nr. 2 fehlt!
11. Dez. 1954 Lr

39.
28

DE
PLETHORA SENVM

EIVSQUE RATIONALI
THERAPEUTICA TRACTATIONE
PER VENAESECTIONEM
SPECIATIM SVSCIPIENDA,

DIVINI NVMINIS AVSPICIIS

ET
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS CONSENSV
P R A E S I D E

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
FACVLTATIS MEDICAE H. T. DECANO,
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITÉ PALAT. CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,

D. XIV. MART. A. S. R. CLOCCCL.

H. L. Q. C.

IN REGIA FRIDERICIANA
DISPV TABIT

GOTTLIEB ERNESTVS GORN
IAVORIA-SILESIUS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

PLERIORA SENUM

DE

HERAPEATICA TRACTATIONE
PER AVENAESECTIIONEM
SPECIATIM SASICIBIENDA.

DIVINI NUMINIS AVARICIA

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS CONSERVAN
PRAESIDE

D. ANDREA ELIA BACHNERO

SACRA ROMANA IMPERII NORI

POTENTISSIMO PRASSIAE REGLI A CONSULTE INTIMIS
MEDICINA ET HERBORUM NATURALIS PROTERRA LABOR ORDINANDA

VECTATAS MEDICAE ET PRACTICAE
IMPERIALES VACUAS VITIA CURIOSOR FAVESIDE
ET COMITE LIVEL CESSARE.

PRO GRADA DOCTORIS

SALVAGAE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORIALIBVS TERRITORE MELITENSIS

D. MARIA MART. V. S. R. C. 1310CC.

H. 16. C.

IN REGIA LUDERICIANA

DISTALATAT

GOTTLOB ERNSTIAS GORN

LAUREA-SUPERIOR

LIPS. IOANNIS CHRISTIANI HENSELLI, ACVD. TYPogr.
HABEAT MAGDEBVRGICA
LIPS. IOANNIS CHRISTIANI HENSELLI, ACVD. TYPogr.

VIRO

ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO
DOCTISSIMO DOMINO

ANDREAE ELIAE BÜCHNERO,
SACRI ROMANI IMPERII NOBILI

POTENTISS. PRUSSIAE REGI A CONSIGLIIS INTIMIS
MEDICINAE AC PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESSORI
PVBLICO ORDINARIO
FACVLTAT. MEDIC. H. T. DECANO
IMPERIAL. NATVRAE CVRIOSOR. ACADEMIAE PRAESIDI
ET COMITI PALATINO CAESAREO,

FAVTORI AC PRAECEPTORI SVO OMNI QVA DECET
ANIMI REVERENTIA DEVENERANDO;

VIRO

EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO CLARISSIMO
AC DOCTISSIMO DOMINO

CHRISTIANO GOTTLIEB
LVDWIGIO,

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI
PHYSIOLOGIAE IN ACADEMIA CELEBERRIMA LIPSIENSI
PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO
FACVLTATIS MEDICAE ASSESSORI
ET COLLEGII B. M. V. COLLEGIATO,

FAVTORI ET PRAECEPTORI SVO OMNI QVA PAR EST
PIETATE COLENDO;

VIR O

CONSULTISSIMO AMPLISSIMO
AC DOCTISSIMO DOMINO

SIGISMUNDO GOTTLIEB
HÜSSIO,

POTESTSENATVS SWIDNICENSIS DIRECTORI
GRAVISSIMO, MEDICINE AC PHILO
AB AVUNCULO SVO EXPATRE AETERNUM COLENDO;
FACULTAT. MEDIC. ET. DECANO
IMPERIAL. NATARIAE ORBIS ACADEMIAE PARISIDI
ET COMITI PIAVINO GESSARIO
CONSULTISSIMO AMPLISSIMO
DOCTISSIMO DOMINO

ERNESTO FRIDERICO
REVSNERO,

ICTO AC SUPREMI IUDICII REGI ITEMQUE SENATVS
WRATISLAVIENSIS ADVOCATO IVRATO,

AVUNCULO SVO AD CINERES VSQUE DEVENERANDO;

VIR O

PRAENOBILISSIMO, EXPERIENTISSIMO
ATQUE DOCTISSIMO DOMINO

CAROLO CHRISTIANO
HENNIGIO,

ARTIS SALVTARIS DOCTORI, COLLEGII MEDICI ET SANITATIS
GLOGOVIENSIS ADIVNCTO, CIRCULI IAVORIENSIS PHYSICO,
PATRONO AC FAKTORI SVO MAXIME SVSPICIENDO;

VIR O

SVMME REVERENDO AMPLISSIMO
AC DOCTISSIMO DOMINO

**SIGISMVNDO GOTTLIEB
SCHROETERO,**

MINISTERII AEDIVM SACRARVM AD SPIRITVM
SANCTVM ANTE PORTAS IAVRANAS
SENIORI MERITISSIMO,

PATRVO SVO MAGNO OMNI PIETATIS CVLTV
DEVENERANDO;

VIR O

PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO DOMINO

GODOFREDO STVTZIO,

SCHOLAE AVGUSTANAЕ CONFESSIОNIS ANTE PORTAS
IAVRANAS RECTORI MERITISSIMO,

AC

PRAECEPTORI SVO SEMPITERNA VENERATIONE
PROSEQVENDO;

TANDEM

PATRI OPTIMO

CHRISTIANO ADAMO GORN,

ARTIS SALVTARIS DOCTORI ET PRACTICO
FAMIGERATISSIMO,

VIRIS
OMNIBVS DE FELICITATE SVA
MAXIME SOLlicitis,

SPECIMEN HOCCE IN AVGVRALE
IN SVI STVDIORVMQVE SVORVM VLTERIOREM
COMMENDATIONEM
OMNI QVA DECET PIETATE
MENTISQUE DEVOTIONE

DAT, DICAT, CONSECRAT,

TANTORVM VIRORVM

OBSEQVIOSISSIMVS CVLTOR,

GOTTLIEB ERNESTVS GORN.



DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
DE
PLETHORA SENVUM
EIVSQUE RATIONALI
THERAPEUTICA TRACTATIONE
PER VENAE SECTIONEM
SPECIATIM SVSCIPIENDA.

PROOEMIVM.

*N*ore maxime vulgi tritum illud frequen-
tissime circumfertur adagium: Senes ma-
gis de acquirendo & conservando, quam
emittendo & perdendo sanguine sollici-
tos esse debere. Admodum enim soleme
est vilioris fortis hominibus, ea tantum
obiter inspicere, quae sensibus patent externis, dum in-
terim ipsarum rerum essentiam minime indagare vel
cognoscere valent. Praecipitanter hinc concludunt ab
externis rerum proprietatibus ad alia, quae altioris
sunt indagini, antequam accurate perlustrarunt cor-
porum

porum extra se positorum proprietates externas. *Ipsa etiam accidentalia ab essentialibus disiungere nesciunt, & obseruatā qualicunque, licet admodum exiguae, similitudine inter duo corpora, alias vere ab invicem distincta, statim eadem inter se confundunt.* Licet autem eiusmodi errores, in diiudicandis variis rebus commissi, adeo graves in vita communi haud pariant noxas, tanto maioris tamen momenti sunt, si in iis, quae ad vitae & sanitatis conservationem spectant, ut fere ordinarie ab illis fieri solet, committuntur, siquidem exinde tunc plane exitiales varii eventus facile originem trahunt. Non lubet iam fusus commemorare, quanta & quam innumera producantur damna a stolidā plebe, imperite de morborum indole, causis & curatione iudicante, hancque insausto prossus omne non raro suscipiente, & prudentiorum Medicorum rationalem medendi methodum saepius, temerario licet ausu, prorsus reprehendente. Sufficiet, si unicum saltem quendam, illumque maxime sonicum, specialius in praesentiarum perlustrabimus & refutabimus errorem, quem ea potissimum ratione demonstrant, dum in senibus omnibus indiscretim fere plehorae existentiam & praesentiam pertinaciter & absque ulla ratione negant, minime considerantes, quod, dum senectus non amplius adeo ad varii generis labores, exercitia & motus corporis apta & disposita est, atque idcirco excreta adsumitis minus aequali proportione & mensura respondent, minorque sanguinis quantitas motu & calore consumitur, necessario exinde nimia humorum oboriatur abundantia, viscerum eveniant

niant infarctus vasorumque nimiae distensiones, quae singula, nisi mature tollantur, morbos senibus praecipue familiares foecundo gignent germine. Nisi enim ex falso isto praeiudicio complures senum, satis adhuc vegetorum, V. Snes, alioquin adhuc convenientes & necessarias, vel parcius admitterent, vel praemature nimis omitterent, rariores omnino inter ipsos forent tusses, coryzae, raucedines, arthritici, rheumatici & calculosi dolores, urinæ difficultates, pruritus, scabiosi & purpuracei chronicæ adfectus, immo apoplexiae & suffocativi catarrhi. Nam licet etiam maxima horum morborum pars non tam plethora, quam potius serum inquinatum & depravatum, pro materiali agnoscat causa, nunquam tamen talis cacochymia sine prævia inducitur succorum nimia copia, qua tempestate imminuta utique & illud vitium, & morbos inde emergentes, vel præcaveri, vel eximie mitigari posse facile perspicimus, prout id pluribus egregie iam docuit Illustr. b. m. HOFFMANVS, in Differt. de magno Venaelectionis, ad vitam sanam & longam, remedio. Operæ igitur pretium facturum me esse arbitratus sum, si antiquum illum errorem, de plethoræ in senibus absentia, vel rariore saltem præsentia, evidentioribus quibusdam impugnarem argumentis, simulque rationalem eiusdem therapevticam tractationem, speciatim per V. Snem suscipiendam, in præsenti specimine inaugurali, pro virium qualicunque modulo, delineatam sisterem. Adnuat conaminibus hisce divina clementia, ac felicem iisdem successum exoptatumque simul usum benignissime largiatur!

B

§. I.



§. I.

Omnis functiones, quotquot earum in corpore humano deprehenduntur, dependere a proportionata actione & reactione solidarum in fluidas & fluidarum in solidas corporis humani partes, satis iam perspicuum abundeque cognitum inter Medicos esse, haud dubitare licet. In functionum vero libero exercitio *sanitatis* essentiam fundaram deprehendimus, & status huic oppositus *morbi* ideam sifit; ut ergo proportionata actio & reactio solidarum in fluidas & fluidarum in solidas corporis humani partes laesa sit necesse est, quam primum morbo quendam laborare dicimus. Praeter naturalem illum statum corporis humani, in quo liquidorum nimiam copiam hance proportionem tollere deprehendimus, veneranda antiquitas *plethora* compellavit, copiam vero ipsam excedentem & praeter naturalem humorum, *plethoram*, quae idcirco, si in primis quomodo cunque morbos evadere incipit, erit nimium aucta humorum quantitas, functiones corporis humani laedens, tollendo proportionatam actionem & reactionem solidarum in fluidas & fluidarum in solidas eius partes.

§. II.

Humores in se considerati certam monstrant mixtionem partium constitutivarum, quae mixtio vel naturalis, vel turbata deprehenditur; adeoque si quantitate peccant,

peccant, erunt vel naturaliter constituti, vel ratione mixtionis depravati. Plethora ergo cum sit humorum quantitas aucta, functiones humani corporis laedens (§. I.), hinc erit vel cum mixtione depravata humorum iuncta, seu *composita*; vel *simplex*, ubi horum mixtio adhuc est naturalis. Peccant proinde quoque humores motu, si que maiori impetu & celeritate per vasa feruntur, tunc *orgastice commoti* dicuntur; hinc plethora erit quoque vel *orgastice commota*, vel magis *quieta*.

§. III.

Humorum nimia quantitas, si sub transitu suo per vasa maiora valde ea distendit, alia vero minora comprimit, vel mole sua potentiam moventis causae exsuperat, duas plēthorae species exhibet, quarum prior *ad vasa*, altera *ad vires* dici solet. Notabilis quoque observatur differentia effectuum ipsius plēthorae, pro diversitate sexus: potior enim sexus si plēthora laborat, citius & facilis morbosā inde experitur pathemata, quam sequior, urypte cui ea naturalis quasi videtur. Destinatae enim sunt foeminae ad foetum etiam quandoque nutriendum, tam ante, quam post partum; hinc non solum laxiori ut plurimum gaudent corporis habitu, quo facilis maiorem sanguinis copiam intra vasa recipere queant, sed insuper quoque uteri substantia tota fere vasculosa, & ad eundem finem optime disposita est; ne vero extra graviditatis & lactationis tempus graviores inde experiantur molestias, menstruis semper periodis abundantis copiae partem aliquam ex utero eiusque vagina dimittunt, hacque excretione rite succedente, pauciores omnino, prae viris, a plēthora sua experiuntur molestias.

B 2

§. VI.

§. IV.

Functionum corporis humani tres classes sunt, quārum una eas fistit, quae, virae prospicientes, vitalium nomine insigniuntur; altera eas complectitur, quae conservationi corporis in naturali suo statu prospiciunt, & hinc *naturales* audiunt; tertia denique eas continet, quae, dum magis ab animae directione dependent, idcirco *animales* dicuntur. Dum ergo plethora est aucta humorum quantitas, functiones laedens (§. I.), hinc turbabit vel vitales, vel naturales, vel animales corporis humani functiones modo seorsim, modo etiam plures earum coniunctim.

§. V.

Humores quantitate peccantes vel in toto corpore aequabiliter sunt distributi, vel dum in particulari quodam loco coacervati sunt, reliquis nutritionem denegant. Plethora itaque erit vel in toto corpore aequabiliter distributa, vel in una alterave parte coacervata reliquarum turbabit nutritionem; prior *universalis*, altera *particularis* dicenda est *plethora*. Gradu quoque differre plethoram nemo forsitan negabit, indeque facile adparebit, quod plethora quoque sit vel *incipiens*, vel *perfecta* & magis *aucta*.

§. VI.

Plethora cum sit humorum quantitas aucta, functiones corporis laedens (§. I.), hinc necessario ex iis omnibus nasci debet causis, quae ad ingnendam hancce humorum maiorem copiam quidquam conferunt. Nimis prolixa foret singularum recensio, omnes rāmen, quotquot earum sunt, ad certas reduci posse classes arbitror, dum

dum nempe aliae humorum copiam simpliciter augent, aliae tonum solidarum corporis humani partium ita mutant, ut reactionem proportionatam in fluida contenta exercere haud valeant, aliae utrumque effectum producendo plethoram invitant & accelerant; hinc nimia alimentorum evpeptorum assumtio, excretionum defectus, nutritio laesa, vitae genus, tam valde sedentarium, quam certo etiam respectu valde laboriosum, aetas ipsa, sexus, &c. dum agunt vel copiam humorum augendo, vel tonum in morbosum statum mutando, vel simul tam humores augendo, quam solida debilitando, aptissimae sunt causae plethoram producentes.

§. VII.

Partes illae, ex quibus humores nostri constant, si in statu naturali mediante microscopio considerantur, ad sphæricam figuram proxime accedere videntur. Corpus autem sphæricum, si movetur, lineam rectam servare, nisi obstaculum quoddam occurrat, ex physicis notum est principiis, quibus quoque evictum est, quod corpus incidens in punctum quoddam eadem vi repellatur. Cum ergo partes, ex quibus humores corporis nostri constant, ad sphæricam proxime accedant figuram, ideo ad eas quoque leges hasce physicæ applicari posse credo. Arteriae corporis nostri, vitali ac elasticō robore praeditæ, conicam insipienti ostendunt figuram, aut huic parum absimilem; coni vero natura in eo constitit, ut media tantum linea eum percurrat, praeter quam quod in latus aliquod impingat. Humores ergo nostri, per conicos hosce canales transeuntes, quum, ut modo dictum fuit, lineam servarent rectam in suo motu, nisi ob-

B 3

staret

staret resistentia quaedam, talem hinc minime servare poterunt directionem, utpote semper in punctum quodam incidentes, a quo necessario repelli debent. Tale enim punctum gaudet robore vitali & elastico, ideoque exercebit reactionem, siveque actionibus hisce se invicem excipientibus, humores nostri per vas a arteriosa propelluntur. Ponas ergo nunc, humorum quantitatem magis auctam in vasis contineri arteriosis, quae in statu naturali semper repleta deprehendentur, nonne erit humorum maior actio in latus arteriae? sed maior humorum actio non potest mente concipi, nisi simul partis solidae elasticitas superata fuerit; superato vero labore elastico ac vitali arteriarum, reactio ipsarum iusto minor erit; ab hac autem ex una parte motum humorum progressivum dependere iam monstravimus; hinc necessario motus progressivus debet languescere, eoque sic languido facto humores lentorem concipiunt, unde stases, infarcitus, obstructions, scirrhosi tumores, aliaque plura prognoscuntur mala, quae singula, cum plethora sit humorum aucta quantitas, functiones laedens (§. I.), primos omnino suos eidem debent natales.

§. VIII.

Fluidum stagnans (§. VII.) humoribus a tergo venientibus iter paecludit, qui vero tanto maiori vi in locum talem agent, cum notum sit, humores undiquaque aequabiliter pressos versus illum maxime ruete locum, ubi minor est resistentia (per princip. physic.). Humores sic fortius adfluentes efficiunt, ut priores stagnantes vel iterum mobiles & fluxiles, vel magis condensati & spissiores reddantur, qui posteriores dein maiorem exercubunt

cebunt resistentiam, hacque ratione determinabitur humorum massa versus vasa adhuc permeabilia; vasa vero, intra quae humores sic cum impetu propelluntur, si minus resistunt, tandem distenduntur, rupturam patiuntur exitumque humoribus concedunt. Humores ita in corpore effusi, vel in loco tali subsistunt, vel e corpore efflunt; prior modus sifit *extravasationes*, alter *haemorrhagias* aliaque inde emergentia consectaria, prout humor effusus differt. Humores stagnantes vel in vasis, vel in cavis peregrinis, cum extra progressivum morum sint positi, facillime abeunt in corruptionem, unde abscessus, ulcera, & plurima huius generis alia oriuntur mala. Plethora ergo dum producit stases (§. VII.), atque ex stasis eveniunt extravasationes, haemorrhagiae, ulcera, &c. facile hinc patet, hos quoque effectus a plethora esse deducendos.

§. IX.

Tandem etiam ex ipsa plethorae natura facile adparebit, qua potissimum ratione therapeutica eius adoranda sit tractatio. Laedit plethora potissimum functiones corporis humani ob auctam humorum copiam, adeoque bac imminuta illae restaurari poterunt. Eo igitur primario respicere debet Medicus, ut vasa deplete; hac enim ratione ea sensim sensimque pristinum recuperant robur, tandemque hoc iterum ad illum assurgit gradum, qui actioni liquidi impulsu proportionatus est. Cum autem venaesectione, scarificatione, hirudinum applicacione, immo & arteriotomia sanguis abundans immediate removeri queat, & in hac subtractione generalis fundata sit

sit indicatio, facile hinc patet, quod hisce remediis plethorae optime mederi queamus.

§. X.

Praeter hos modos, sanguinis abundantem quantitatem imminuendi, alia adhuc in usum vocari solent remedia, pro eodem scopo obtinendo. Notissimum enim est, per vomitoria & purgantia non solum contenta primarum viarum, ex alimentis assumptis provenientia, removeri, & sic chylificationem quadantenus impediri, sed & alios ibidem occurrentes humores eliminari, quales sunt, liquor gastricus, bilis, tam hepatica, quam cystica, succus pancreaticus, &c. quibus imminutis pariter minus prompte succedit chylificatio. Purgantia ergo & vomitoria cum pariter ad imperrandum scopum indicationis generalis (§. IX.) faciant, in auxilium quoque trahi quidem poterunt, hac tamen cum cautione, ne V. S. praemittenda negligatur, nec fortiora exhibeantur, quae nimium humorum excitant orgasmum. Sic quoque diaphoretica & diuretica excretio, si augmentur, quoniam alias sat magna humorum copia per easdem eliminatur, indicationi generali satisfacere possunt. Quoniam vero humores tantum magis resoluti per vias hasce proscribi possunt, ideo necesse omnino est, ut ante harum excretionum provocationem humores ita praeparentur, quo commode eliminari queant. De diaphoreticis vero ac diureticis ea quoque valent, quae de usu vomitoriorum & purgantium iam monuimus, ut nempe ante eorum usum pariter V. S. praemittatur, insimulque talia elegantur, quae non directe & cum impetu diaphoresin ac diuresin augent, sed saltem impedimenta tollendo indirecte in organa ista

ista agunt, harumque excretionum successum sic adiuvant.

§. XI.

Humores itaque sunt praeparandi, ut per auctas excretiones imminui possint (§. X.); plethora vero quam diversa sit, §. II--V. fuit ostensum, adeoque pro plethorae ipsius diversa ratione speciales formandae sunt indicationes, atque mox temperantibus orgasmus mitigandus, mox resolventibus & diluentibus spissescentes liquores fluxiles reddendi, mox incidentibus aliquis corrigentibus liquores in crasi naturali turbati ad exitum erunt disponendi, isque optimam therapeuticam plethorae tractationem adornabit, qui, cognita eius specie, convenientissima recte seliget remedia, vasisque depletis, si eorum insignis remaneat debilitas, leniora roborantia & tonica convenienti tempore subiunget.

§. XII.

Imminuta plethora (§. IX--XI.) Medici quoque in eo versatur officium, ut novum praecaveat eius preventum, quod optime fieri poterit causarum eandem inducentium remotione. Ipsae vero illae causae vel humorum copiam augendo, vel solidarum partium tonum debilitando, vel utroque etiam modo producent plethoram (§. VI.), adeoque talia in usum erunt vocanda, quae effectibus istis contraria sunt. Nimia ergo ingurgitatio alimentorum in primis est vitanda, naturales adiuvandae sunt excretiones potu diluente motuque corporis sufficiente, &c, ut paucis me expediam, ea omnia, quantum quidem possibile, sunt fugienda, quae qualicunque etiam ratione faciunt, ut plus retineatur in corpore, quam ex-

C

cerni.

cernitur. ~~magis~~ Diaetam vero Medicus faciliori praescribet negotio, quam quidem corrupta hominum indoles observabit. Quid enim foemellis magis arridet, quam vita sedentaria? quid aliis magis in consuetudine est, quam ut appetitui intemperanter indulgeant, ita ut omnes ferme, qui supra plebem positi sunt, plethora laborare deprehendantur. Certius ergo erit querendum auxilium, cum adducta praeservatoria minus sint certa, illudque unice in V. Sene, aliquoties per annum iteranda, consistere, quilibet iam, per experientiam abunde de veritate convictus, nobis concederet.

§. XII.

Explanata sic breviter pleniorae natura (§. I.) & expositis variis eius speciebus (§. II. -- V.), causis (§. VI.), effectibus (§. VII. VIII.), curatione (§. IX. -- XI.) & præservatione (§. XII.), proprius nunc ut ad propositum meum accedam, & *senum plenioram* specialiori considerationi subiiciam, ordinis ratio postular. Senectutem ipsam morbum esse, suo iam tempore adseveravit HIPPOCRATES. Licet enim in iis, qui ultra sexagesimum iam progressi sunt aetatis annum, quoad externam corporis conditionem variasque functiones, ad sanitatis integritatem spectantes, non aequa manifesta occurrant indicia, eiusdem decrementum vel inclinationem ad morbosum statum indicantia, variis tamen observantur defectus, sufficienter utique confirmantes, ex parte ad minimum iam labascere sanitatem: Occurrit enim memoriae imbecillitas, immixtuitur ingenii alacritas, decrescit iudicij acumen, difficulter exercetur facultas locomotiva, turbantur secretiones, nec debito ordine succedunt

dunt excretiones, haecque omnia modo serius, modo tardius eveniunt, & manifesto satis demonstrant, non ex solo annorum numero, sed ex functionum magis minusve libero successu aestimandam esse senectutem, illumque proprie dicendum esse senem, quā annorum multitudine obrutus, vigorem ad actiones legitime exercendas amisit.

§. XIV.

Quum ergo ille proprie dicendus sit senex, qui, annorum multitudine obrutus, vigorem ad actiones suas legitime exercendas amisit (§. XIII.), annorum vero numerus valde variet, dum plures elapso vix quinquagesimo anno senes iam facti sunt, alii annos sexaginta egressi senes quidem evadunt, sed saepius sanitate satis adhuc integra gaudent, alii e contrario toti morbos deprehenduntur; itemque elapso septuagesimo anno alii, si vigorem specte, satis vegeti sunt, alii & mente & corpore ita imbeciles existunt, ut pueris aequiparandi videantur: Hinc GALENS equidem suo iam tempore in quatuor divisit aetas senium; nobis autem sufficiet, si iisdem ex rationibus inter senem vegetum & decrepitum distinctio constituatur.

§. XV.

Qui senem habitus spongiosi & coloris satis adhuc vividi intuetur, vix sane ac ne vix quidem de existentia plethorae senum dubitabit. Quum autem ille sit senex, qui, annorum multitudine obrutus, vigorem ad actiones suas exercendas amisit (§. XIII.), & status plethoricus illam designet corporis humani conditionem, ubi copia humorum aucta functiones laedit (§. I.); hinc *senex plethoricus* ille erit, qui, sub annorum multitudine, vigore

C 2

neces-

necessario plus minusve destitutus, eam simul adhuc gerit humorum copiam, quae functiones laedere valet.

§. XVI.

Plethora est vel simplex, vel cum humorum turbata crassi iuncta, vel orgastice commota (§. II.), itemque vel ad vasa, vel ad vires, & pro diversitate sexus (§. III.), nec non pro functionum, quas laedere solet, differentia (§. IV.) distincta, ac insuper modo universalis, modo particularis, incipiens, aut perfecta & consummata (§. V.) deprehenditur. Quum ergo serum plethora (§. XV.) eiusdem sit naturae, ac plethora (§. I.) in genere considerata, liquido inde adparer, easdem quoque modo recentitas differentias ad eam pariter spectare & iure meritoque applicari debere.

§. XVII.

Causae, quae plethoram producunt, vel quantitatem augment humorum, vel solidarum partium tonum debilitant, vel coniunctim tam humores augment, quam tonum debilitant (§. VI.). Quid ergo mirum, si serum plethora iisdem originem debet causis? quas idcirco, cum instituti ratio id exigat, specialius nunc perlustrabimus. Quae humorum copiam augment causae, eam vel absolute producunt, vel indirecte, illorum nempe consumptionem impediendo; pertinet huc in primis nimia ingurgitatio ciborum ac potulentorum, talium in primis, quae facilis bonum suppeditant sanguinem, qualia sunt omnia evpepta, lac, gelatinæ, carnes iuniorum animalium, &c. quae vel idcirco, quod facultati concoctrici ventriculi minus resistant, facilis nostris assimilantur humoribus. Quodsi ergo etiam in assumptione talium alimento-

mentorum nullus a senibus committatur excessus, ipsa tamen experientia abunde testatur, quod ordinarie magis evpepta prae dyspeptis feligant, adeoque plurimorum diaeta ita omnino sit comparata, ut ad maiorem humorum copiam directe ingenerandam multum omnino conferat.

§. XVIII.

Senum plethora ab iis quoque oritur causis, quae impediunt humorum consumptionem (§. XII.): Sic enim quies nimia, vitaque genus sedentiarium, impediunt humorum secretionem & superfluarum nutritiarum partium resolutionem & per excretoria organa remotionem, adeoque necessario tali ratione humorum massa magis augetur. Morbos per morbos curari, practica docet observatio; morbos vero etiam ex morbis generari, itidem experientia testatur. Ponamus ergo, vasa quaedam, nutritium humorem ad partem aliquam advehentia, obstructa esse, nonne exinde partis huius sequetur atrophia ac insimul humor iste in universa sanguinis massa remanebit, copiam eius augebit, sicque ad plethorae generationem simul occasionem suppeditabit? Proinde etiam notum est, quod ipsa plethora producat obstructionem (§. VII.); nonne ergo plethora se ipsam quoque producere valebit? minime sane in totum hoc negandum esse videtur, cum ex adducta hac causa sufficienter pateat, quod ad minimum in primis initiosis constituta plethora tali ratione sui incrementum facillime promovere valeat. Similiter quoque excretiones impeditae, quam secretiones ex voto succedant, ad augendam humorum copiam multum omnino conferre valent, adeo-

que plethoram si non simplicem, tamen cum cacochymia iunctam, facile inducunt, quod & de variis animi pathematibus, excretiones subinde turbantibus, pariter valet. Eandem obrationem etiam aetas sexum in primis sequiorem ad plethoram graviorem suscipiendam usursum disponit, testantibus id mulieribus, quae quinagesimum iam emensae sunt annum, atque ob mensium, regularem licet, factam cessationem, accidente praecipue lautiori diaeta, tunc maxime plethoricae evadere solent.

§. XIX.

Senibus ea quoque conciliare valent plethoram, quae solida corporis nostri debilitant, sive potius sic mutant, ut reactioni imparia evadant (§. XVII.); solidae vero partis reactio laeditur potissimum dum resistentia eius imminuitur; haec vero turbari non potest, nisi cohaesio alteretur (per princ. physica); cohaesio vero vel nimium augeratur, vel nimium minuitur, horumque prior modus rigiditas, alter atonia dicitur. Causae igitur, quae senibus plethoram conciliant, solidas partes vel rigidas reddendo, vel debilitando, vim necessario iisdem inferre debent. Tales autem sunt, vel ipsum praegressum vitae genus nimis laboriosum, sub quo lymphatici & glutinosi humores, flexilitatem & mobilitatem fibrae motricis alias conservantes, nimium dissipati aut inspissati fuerunt; vel antea consuetus nimius spirituorum usus, quae, & coagulando gelatinosos humores, & contrahendo ac quasi exsiccando teneriores fibras, naturalem illarum elasticitatem successive tollunt, & ob inde imminutas se- & excretiones tanto magis ingenerandae favent plethorae.

Ex

Ex iis vero causis, quae, solidarum partium tonum debilitando, plethoram in senibus accelerare valent, praeter habitum corporis spongiosorem adhuc superfitem, aër humidus & calidus, abusus infusorum & decoctorum herbae Theae & fabarum Coffée, balneaque frequentius in usum vocata, merito huc referenda sunt, in quantum nimurum sic amplius conciliatur humoribus spatium, ut majori in copia retineri & accumulari queant.

§. XX.

Consideratis itaque nunc caussis potioribus plethoram etiam senum producentibus, ad effectus inde oriundos merito progrediendum erit. Plethora generatim spectata producit humorum lentorem (§. VII.), ex lentore vero oriuntur stases verae, infarctus, obstrukiones viscerum, tumoresque scirrhosi; quid ergo obstat, quo minus & senum plethora ad hos procreandos apta sit morbos; convenit enim haec cum plethora in genere considerata (§. I.), nascitur etiam ex iisdem causis, & ipsa experientia testatur, quod in compluribus senio confectis perquam frequenter occurrant variii chronicii morbi, ex viscerum infarctibus & obstruktionibus prognascentes, ipsamque demum maciem, seu marasmum senilem, inferentes, quorum prima utique rudimenta difficiliori sanguinis abundantis & successive spissioris redditu progressui adscribi debent.

§. XXI.

Plethora *congestionibus* ad varias partes ansam praebet, necessario ergo & senum plethora similiter *congestiones*, tam *sanguineas*, quam etiam *serosas*, in compluribus regionibus & partibus excitabit. Demonstrant

id

id rheumatici & arthritici artuum dolores, molimina haemorrhoidalia, dyspnoae, asthmata, tam humida, quam sicca, tusses similes, catarrhi suffocativi, coryzae, gravides, aurium & oculorum affectus, cephalalgiae, vertiges, apoplexiae in primis serosae, ipsique soporosi morbi, ex talibus potissimum causis oriundi, ipsisque evidenter plethoricis senibus magis semper prae aliis familiares.

§. XXII.

Congestiones diutius perseverantes copiosiori serorum humorum secessioni, & tandem subsequenti eorum extravasationi saepius occasionem praebent. Idem quoque ex senum plethora, indeque provocatis congestionibus contingere posse, tumores oedematosi, affectus cachectici & hydropici, saepius pariter in iisdem occurrentes, confirmant, quales praecipue & facilius & frequentius in talibus occurrent senibus, qui laxioris adhuc & spongiosioris sunt habitus, quorumque vasa minori gaudent resistentia; cum e contrario qui stricioris sunt habitus, praesente licet plethora, sed concurrente simul maiori solidarum partium reactione, rarius talibus obnoxii deprehendantur morbis.

§. XXIII.

Communissimum ex plethora generatim spectata emergens consectorium sunt haemorrhagiae (§. VIII.), in primis si orgasmice illa commota fuerit. Senum ergo plethora pariter quoque varias, interdum salutares, saepius vero sonicas concitat haemorrhagias. Occurrunt hinc in tali aetatis periodo, & quidem in potiori sexu, haemorrhoides multusque cruentus, immo interdum narium

rium haemorrhagiae, semper tamen tunc maxime suspe-
ctae, ob facile subsequentem, ex aliis adventitiis causis,
interiorum cerebri vasorum rupturam, indeque emer-
gentem sanguineam apoplexiā; in sequiori autem se-
xu, seu vetulis plethoricis, praeter haemorrhoidalem
quandoque etiam perrumpentem fluxum, speciatim ute-
ri haemorrhagiae, saepius perquam effrenes admodum-
que periculose, sufficiens omnino, de praesente adhuc
nimia humorum abundantia, praebent testimonium.

§. XXIV.

Plethora sicuti in genere *cacochymiam*, variasque
inde provenientes *humorum corruptiones*, inducit; ita
speciatim si in senibus occurrit, complures itidem mor-
bos, tam cacochymiam, quam singularem quandam cor-
ruptionem pro causa agnoscentes, excitare solet. Ad-
modum familiares hinc sunt huic aerati, praesente inpri-
mis plethorico statu, scorbutici & scabiosi rebelles adfe-
ctus, pruritus universales molestissimi, ulcera varia ca-
coëthica externarum partium, itemque etiam viscerum
quorundam internorum, renum inprimis & vesicae,
sphacelus ipse ex interna causa inopinato saepe proveni-
ens, stranguriae & dysuria, ex seri continua acrimonia
originem trahentes, aliaque plura talia mala, in iis, qui
minus plethorici sunt, rarius, vel nunquam occurrentia.

§. XXV.

Senum plethora cum conveniat cum plethora in
genere considerata (§. I.), cum etiam ex iisdem causis
oriatur eosdemque producat morbos, eandem utique re-
quirit therapeutican tractationem. Nunc autem gene-
ralis indicatio curatoria plethorae nititur humorum im-

D

minu-

minutione (§.IX.), hinc merito quoque circa senum plethoram eo erit primario respiciendum, ut humorum minatur copia, id quod cum potissimum per Venaesectio-nem, scarificationem, & hirudinum applicationem fieri queat, utique idcirco hi modi omnibus aliis, pro obti-nendo tali scopo, erunt praefferendi. Licit enim in pri-mis *Venaesectio* ex eo maxime fundamento pro insuffici-entि habeatur adminiculo, quod portio illa sanguinis, quae per eandem educta fuit, intra aliquot dierum spati-um statim restituatur; considerandum tamen est, quod utplurimum regularem magis & ordinatam senes obser-vent diaetam, adeoque gulae & ingluviei non aequre indulgeant, sicuti iuniores, in quibus citior potest fieri sanguinis ita educti reparatio; quod porro etiam non so-lo depletorio, sed & derivatorio scopo in senibus susci-piatur V. S. atque idcirco, si etiam conveniens ad breve faltem temporis spatium obtineatur imminutio abundan-tium humorum, tamen simul copia illorum magis ad extremas & ignobiliores partes deducatur, nobiliores hinc ab onere tali liberentur, & sic liberior successus tum cir-culationis sanguinis, tum se- & excretionum, aliarumque inde dependentium functionum, obtineatur; ac tandem quod hac ratione vigor in senibus semper quadantenus restituatur & conservetur: ille enim est senex, qui, anno-rum multitudine obrutus, vigorem ad actiones suas exer-cendas amisit (§.XIII.); vigoris vero natura ex una parte in eo consistere videtur, ut per minima vascula liber fiat humorum circuitus; minimos vero canales utpluri-mum in senibus oblitterari & in fibras mutari, ex rigidita-tis idea pater, & hinc in capacioribus magis accumulabi-

tus

tus humorum copia, indeque ratio patet, cur non solum magis & facilius senes evadant plethorici praे iunioribus, sed etiam exigiam ipsiis utilitatem adferre queat V.S. pro restaurando vigore, in quantum nempe liberior sic humorum transitus per minima vascula adiuvatur & conservatur, intempestivus autem & praematurus eorum coalitus, marasmus plerumque accelerans, tanto magis arcetur & praecavetur.

§. XXVI.

Quanquam igitur ex adductis his luculenter satis adpareat, quod V. S. optimum & convenientissimum constitutus auxilium pro imminuenda senum plethora, reliquos tamen modos, eundem scopum obtinendi, & speciatim quidem *scarificationem* & *birudinum applicacionem*, minime prorsus excludendos & damnandos, sed saltem V. Sni postponendos esse iudicamus. *Scarificatione* enim magis particularem constituit sanguinis evacuacionem, ac derivatorium potius, quam depletorum exserit effectum; hinc si senes vasis gaudent minoribus, ac insuper eidem iam adsueta sunt, non erit omittenda, quanquam V. Sni virtute sit secunda; haec vero adiuta *scarificatione* quandoque interposita, eo maiorem praestabit usum, cum sanguis hac ratione immediate ex minimis extrahatur vasculis. Pari modo considerari etiam debet *birudinum applicatio*, quae non tam generalem plethorae explet indicationem curatoriam, sed potius specialem in plethora senum, si ea natales suos duxerit ex suppressis haemorrhoidibus, dum hac ratione non solum sanguis, copiosius circa haemorrhoidalia vasa congestus, removetur, eaque ab onere tali liberantur, sed & insimul

D 2

libe-

liberior excretionis haemorrhoidalis successus adiuvatur & promovetur. Cum autem exinde nunc constet, quod scarificatio & hirudinum applicatio locum tantum habeant sub specialioribus circumstantiis, & V.S. usum magis generalem praefest, utique liquido hinc adparet, quod haec ultima optimum constitut remedium ad tollenda & praecavenda incommoda ex senu plethora emergentia, dum copiam humorum in universum immisit, illorumque incrementum efficaciter impedit, & quod idcirco etiam reliquis sanguinem ventilandi modis, ut pote magis particularibus, vel in totum preferenda, vel ad minimum praemittenda sit.

§. XXVII.

Sanguinis subtractio ex vena secta optimum praestat auxilium respectu plethorae senu (§. XXV. XXVI.); omne vero remedium vel curatorium, vel praeservatorium habet usum, adeoque V.S. etiam vel curative, vel prae- servative erit instituenda, licet in genere de ea adserendum sit, quod utrumque simul exserat effectum. Dum enim abundantem sanguinis tollit copiam, quae saepius iam molesta est subiectis variisque functiones turbat, sic non solum incipientem talem morbosum statum curat, sed & graviores inde metuendos alios affectus praecavet & avertit, eoque ipso summam utique utilitatem ab ea expectare licet, in primis cum etiam respectu ipsius plethorae in se spectatae pariter duplarem illum praefare valeat effectum, praesentem nimis abundantem copiam immediate tollendo, & novum nimiae quantitatis preventum mediate impediendo, dum legitimum se- & excretionum successum, cum viscerum & vasorum debilitatum

torum tono, restituit, eoque ipso facit, ut ingestis respon-
deant egesta, utpote quod optimum praeservatorium
plethorae constituit auxilium.

§. XXVIII.

Quoniam autem porro senum plethora adhuc di-
versa, & quidem vel *simplex*, vel cum dyscrasia humo-
rum iuncta, adeoque *composita* est, dispiciendum nunc
erit, an & qua ratione utrique huic speciei per V. Snem
mederi queamus? *Simplex plethora* cum in nimia abun-
dantia sanguinis adhuc qualitercunque legitime constitu-
ti & boni consistat, absolute omnino exigere videtur
V. Snem, pro tollendo tali onere, solidarum partium
reactionem in fluidas impediente, ita tamen, ut intuitu
quantitatis emittendae aliqualis habeatur respectus di-
versae senum conditionis. Senes enim sunt vel *vegeti*,
vel *magis decrepiti*, horumque ultimi plus communiter
molestiae ex plethora persentiscunt, ob functiones &
partes iam admodum debilitatas, quam quidem priores,
quorum se- & excretiones non tam graviter languescunt.
Sufficiet igitur, si senes adhuc vegeti bis saltem per an-
num, circa tempora maxime aequinoctialia, sanguinem
paullo liberalius mitrant; magis autem decrepiti senes,
urgente necessitate & praesente adhuc plethora, frequen-
tius quidem, sed moderata saltem in quantitate eundem
sibi detrahi patientur.

§. XXIX.

Plethora in senibus occurrens quandoque *humo-*
rum dyscrasiam coniunctam habet (§. XVI.); merito er-
go nunc disquirendum est, an V.S. quae alias generale
constituit plethorae remedium, etiam ad illam emendan-
dam

dam valeat plethoram, quam humorum dyscrasia concomitatur? Ut vero ad hanc apposite respondeatur quaestionem, notandum est, quod duplex ordinarie sit *dyscrasia, universalis nempe & particularis*, & pro hac diversitate V. Snis utilitas etiam sit dijudicanda. Senum plethorae, quae cum universalis *cacochymnia iuncta* est, mederi V. Sne non posse, ex variis liquet rationibus. Hoc enim vitium, si omnium in primis utilium humorum depravatam in mixtione sua crasin denotat, nunquam absque viscerum quorundam notabiliori aliqua laesione, vel in eorum infarctu, vel obstructione consistente, occurrere potest. Cum autem viscerum qualisque labes non aequre direkte V. Sne tolli, adeoque nec causa talis universalis dyscrasiae removeri queat, utique idcirco nec ipsi huic humorum vitio tali ratione mederi possimus, in primis cum & hoc accedat, quod saepius insimul quoque maxime depravatam digestionem aliosque in diaeta & regimine commissos graviores errores talis cacochymnia pro causis agnoscat, quae similiter V. Sne minime tolli possunt, adeoque eius effectum sub hoc statu frustraneum reddunt. Aliter vero comparatum est cum particulari dyscrasia, quae communiter vel ex nimia humorum copia, vel impeditis quibusdam se- & excretionibus progescit, atque propreterea, quod cauae hae V. Sne removeri possint, facilius omnino hocce remedio emendabitur, si modo non adeo larga talis ventilatio in eiusmodi senibus suscipiatur.

§. XXX.

Senum plethora quandoque etiam est *orgastice commota* (§. XVI.), tuncque tanto maiora exinde in iis metuen-

metuenda sunt pericula, ob vasorum nempe iam ingruentem debilitatem & imminutam resistentiam. A maiore enim sanguinis copia iam ultra modum ea distenduntur, ut minorem exserrere valeant reactionem ; quodsi vero impetuosior & velocior abundantis sanguinis accedit exagitatio, tunc tanto magis expanduntur vasorum parietes faciliusque per extrema illorum oscula commotus erumpit sanguis, vel in angustissimos impellitur canales, ibique omni motu destitutus subsistit, unde dein modo efferae & nimiae oriuntur haemorrhagiae, modo inflammationes suspectae & pernitiosae producuntur. Ut ergo noxii tales praecaveantur effectus, opus omnino est ventilatione abundantis illius copiae, qua aequilibrium inter fluida & solida restituitur, simulque magis aequalis sanguinis distributio procuratur, cumque hac ratione impetuosior sanguinis progressus tandem conquiescat & magis tranquillus evadat, hinc facile inde adparet, qua ratione V.S. etiam *orgastice commota* mederi queat *plethorae*, qui scopus tanto certius ac perfectius etiam obtinetur, si consuera & ordinaria dein simul sublunguntur temperantia, acidulata, diluentia aquosa, aliaque rapidiore talem motum leniter infringentia remedia.

§. XXXI.

Plethora senum quae *ad vasa* est, distensis maioribus comprimit lateralia minora, indeque *secretiones humorum* impediuntur, a quibus potissimum sanitas dependet; in primis autem tunc tenuissimum & elasticum illud fluidum, quod in nervis continetur, libere in cerebro secerni non potest, si maioribus vasis ampliatis minora undiquaque ibidem comprimuntur. Quanta autem & quam

quam varia inde in aetate adhuc florida, originem du-
cant mala, abunde per experientiam constat; quid ergo
mirum, si in senibus gravissimi & plane lethales sic pro-
ducuntur effectus? Senibus ergo propterea necessaria
est V. S. si ad vasorum corpora occupat plerora,
ita tamen simul instituenda, ut magis sit praeservatoria,
quam curatoria; tales enim facilius & frequentius eius-
modi obnoxios reddi morbis, qui ex turbato, vel impe-
dito liquidi nervei influxu originem trahunt, experien-
tia abunde docet. Sic vertiginosi & soporosi affectus,
coma, carus, lethargus, senibus quasi proprii sunt, atque
utplurimum pleroram ad vasorum pro causa agnoscunt, li-
cet non negandum sit, quod quandoque etiam ex humo-
rum defectu oriuntur & decrepitis in primis senibus sint
solemnies, in quibus etiam exitum utplurimum lethalem
fortiuntur, nisi tempestiva, eaque bis vel ter quotannis
repetita V. S.ne sonica talia praecaveantur mala. Alte-
ra vero plerorae species, ad vires dicta, rarius in seni-
bus, praecipue decrepitis, occurrit, quoniam copia san-
guinis abundans tunc minora ordinarie occupat vasorum
quae in illis quoad maximam partem iam coalita depre-
henduntur; si vero forte occurrat talis senex ad vires
pleroricus, tunc eidem bis saltem per annum conce-
denda erit V. S. aut ad sueta etiam continuari poterit sca-
rificatio, si in primis ex symptomatibus adpareat, talēm
adesse vasorum compressionem, quae graviora illa post
se trahere valet pathemata.

§. XXXII.

Senum plerora differt prout subiectorum sexus
est diversus (§. XVI.), adeoque secundum hanc diversita-
tem

tem V. Snis usus quoque erit diversus. Sexui sequiori plethora quasi naturalis est (§. III.), quae e contrario facilius morbosa evadit in potiori sexu, quoniam rarius hic spontaneas experitur haemorrhagias, quibus salutariter & tempestive imminuitur nimia talis humorum abundantia. Quum vero in foeminino quoque sexu satis frequenter & suppressiones & praematura cesationes mensium eveniant, hacque ratione facilissime in gradu suo augeatur mulierum plethora, ac insuper promptiore occasionem praebeat variis inde oriundis morbis; quum porro foeminae, in primis annosiores, magis praे senibus masculis vitam eligant & colant sedentariam, lauta itidem delecentur diaeta, & ipsarum solidae partes plerumque debiliores & molliores sint, minusque idcirco collectae maiori humorum resistant copiae: liquido utique exinde adparet, non solum magis necessariam esse annosioribus, sub his circumstantiis constitutis, mulieribus V. Snem, sed paullo maiorem quoque sanguinis quantitatem, quam quidem in masculis senibus, singulis vicibus ipsis illis detrahi posse, immo debere.

§. XXXIII.

*Actiones corporis nostri si laesae sunt, pro diversa sua conditione varia semper damna, tam vitae, quam sanitati inferre solent, adeoque pro conservanda corporis integritate eo semper maxime admittendum est, ut ea omnia tempestive arceantur & removeantur, quae liberum illarum successum quomodocunque turbare valent. Iam vero *senum plethora communiter iuncta est cum lachrione actionum, vel animalium, vel vitalium, vel naturalium* (§. XVI.); illa autem maius minusve vitae portendere*

E

folet

folet periculum, adeoque citam exposcit medelam pro-
vidamque tractationem therapevticam. Actiones vero
ipsae vel laesae fuerunt ante plethorae accessum, vel ipsa
plethora iam praesens easdem laedit: in priori casu ma-
la malis addet plethora; in altero autem, cum organa
ipsa simul graviter adficiat, mater evadet gravissimo-
rum morborum, nisi nimia illa copia Venaesectione
imminuatur, quae tamen, pro diversitate ipsarum
actionum laesarum, modo magis, modo minus erit ne-
cessaria. Senex plethoricus, si vitales qualitercunque
laesae erunt *actiones*, alterum pedem iam habebit in cym-
ba Charontis, quamcunque vivat senectutem, nisi tem-
pestive copia subtrahatur abundans humorum, unde ipsi
non cito solum, sed &, si necessitas urget, iteratis vicibus
secunda erit vena; quo nobilis enim laborat viscus, eo
citiorem exposcit medelam, quod etiam de *animalium*
actionum laesione, si vel ex sola dependeat plethora, vel
ea saltrem concurrat, pari modo valet, utpote quae, si
gravior in primis fuerit, prout in vertigine caduca obser-
vamus, acceleratam utique exposcit talem medicationem,
ne graviora & peiora statim subsequantur mala. Natu-
rales autem *actiones* per plethoram laesae, similiter qui-
dem V. Snem exposcent, non tamen adeo accelerandam,
sicuti in prioribus casibus, sed praeservatorie magis sua-
dendam & instituendam.

§. XXXIV.

Senum plethora quoque est vel *universalis*, vel
particularis (§. XVI.), dum sanguis abundans modo
aequali motu per totum corpus fertur, modo aliqua eius
copia in certa corporis regione coacervatur, adeoque
pro

pro hac diversitate varius quoque erit usus V. Snis. *Universalis plethora*, prout gradu differt, requirit V. S. n. aliquoties intra anni spatium iterandam; *particularis* vero speciale meretur considerationem: adpropinquante enim decrepita senectute, ob minimorum vasculorum coalitum equidem nutritio magis imminuitur, indeque usitatissimus ille senum successive invalescit morbus, *marasmus* nempe, sed insimul quoque humorum massa magis versus capaciora determinatur vasa, cordisque vim systalticam mole hac sua magis infringit, & hinc principalissimae huius vitalis actionis gravorem subinde minatur laesionem, vix ulla alia ratione adhuc avertendam, aut ad minimum in progressu suo quadantenus retardandam, quam ventilatoria V. Sne, intrepide etiam frequentius, urgente necessitate, suadenda & instituenda, ratione quantitatis autem, quae nunquam admodum larga esse debet, viribus subiectorum provide semper accommodanda.

§. XXXV.

Expositis ergo nunc iis, quae ad necessitatem & utilitatem V. Snis, in senibus potissimum plethoricis, spectant (§. XXIV--XXXIV.), quaedam adhuc, tum de quantitate sanguinis detrahendi, tum de tempore ipso, quo illa in primis fuscipienda, moneri possent; ast, cum ipsa quantitas non nisi secundum individuales subiectorum circumstantias, varium plēthorae gradum, & diversam noxiōrum inde metuendorum effectuum conditionem, determinanda sit, adeoque generales de ea haud suppeditari queant regulae; *tempus* autem ordinarie vel sit *necessitatis*, quod ex periculo admodum urgente aesti-

E 2

man-

mandum & hinc nullis circumscriptum est linitibus; vel electionis, quo praeservatoriae maxime instituuntur venectiones, cuiusque intuitu plerumque ad aequinoctia & solsticia respicere solemus: hinc merito ea mittimus, cum aliunde iam ex generalis Therapiae fundamentis cui libet iam iam sufficienter debeat esse cognita.

§. XXXVI.

Praeter chirurgica autem haec tenus exposita auxilia, directe maxime senum plethoram & oriundos inde noxios effectus imminuentia aut tollentia, quaedam etiam nobis suppetunt pharmaceutica, indirecte ad minimum huic scopo faventia, ex quibus primum utique locum merentur laxantia, senibus non solum ideo quam maxime proficia, quoniam alioquin ad alvi segnitionem inclinant, siveque iisdem maior impuritatum collectio praecavetur; sed & ob aliorum quoque humorum evacuationem, optime sic impetrandam, qua pariter nimium totius M. S. incrementum prohibetur, si in primis circa & ante tempora consuetae V. Snis exhibentur, & non nisi mitiora in usum vocantur, qualia in primis sunt rhabarbarina, passulata, tamarindinata, ipsique etiam clysteres, evitando e contrario summa cum cura omnia acriosa, resinosa, stimulantia, immo & largiore salium, satis alias securorum, usum, ob praesentem iam plerumque humorum qualecumque acrimoniam. Quod autem purgantia activiora, ipsaque in primis vomitoria, pro tali obtinendo scopo, prorsus damnanda sint, ipsa ratio sane iam dictitat, dum partim orgasticas humorum concitant commotiones, partim etiam virium praesentem iam imbecillitatem pessimo cum eventu magis semper adaugent.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Quum porro etiam tam peripherica; quae per transpirationem sit, excretio, quam ipsa diuresis, facilime in senibus turbentur ac impedianter, sive seroforum ad minimum humorum copia tali ratione in M. S. itidem successive magis augeatur, eo pariter invigilandum erit, ut harum quoque excretionum successus promoveatur, hocque respectu idcirco convenientia tam *diaphoica*, quam *diuretica*, ad inhibendum maius plethorae incrementum, aliqualem simul habere poterunt usum. Proficia autem in primis sunt senibus plethoricis, intuitu *transpirationis* promovenda, balnea temperata, frictiones, coniuncto placido corporis motu, infusa calida, pulveres ex antimonialibus & aliis fixis diaphoreticis parati, imo & moderatus temperatiorum alexipharmacarum Essentiarum usus. Fugienda autem prorsus sunt activiora quaelibet sudorifera, admodum spirituosa, volatilia & humores imperuosius exigitantia, tanto magis si qualitercumque iam orgastice commota fuerit plethora. Idem quoque tenendum erit de *diureticis* acrioribus nimiumque stimulantibus, quorum in locum potius surroganda sunt diluentia aqua, speciatim mineralium aquarum, modice cum vino remixtarum, usus, itemque radices & herbae diuretiae, iusculis maxime sub diaeta admiscendae, interpositis, si necessitas iubeat, tincturis alcalinis, vel salibus etiam mediis & quibuslibet ex tartaro paratis, quorum omnium tanto melior & perfectior erit effectus, si non tam brevi ante, quam potius post praemissam in usum vocantur *venaelectionem*.

E 3

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Satis frequenter etiam in sénibus occurrit *plethora* cum *dyscrasia*, modo *universali*, modo *particulari iuncta*, quarum illa nihil plane levaminis ex V. Snc obtinet, haec vero sub certis saltē conditionibus per eandem emendari potest (§. XXIX.); unde itidem auxilia magis *pharmaceutica* postulant, quibus impuritates, in M. S. copiosius haerentes, partim corriguntur & praeparantur, partim etiam per congrua excretoria loca e corpore prescribuntur. Priora horum, seu *corrigentia*, pro diversitate *dyscrasiae* seligenda sunt, quae cum varia sit, pro speciali heterogenearum partium abundantium differentia, utique diversa requirit remedia, inter quae tamen generaliorem & fere universalem usum habent diluentia & aquosa sufficienter hausta, quorum ope non solum noxia talium impuritatum qualitas infringitur, sed & eadem a reliquis humorum particulis liberantur & ad secessiōnem & excretionem promptiorem aptiores redduntur. Ex evacuantium autem classe optime tunc eiusmodi sénibus convenient *diapnoica* & blanda *diuretica*, & quidem illa maxime, quae in §. praeced. iam enumerata fuerunt, de quibus idcirco amplius nihil monendum restat.

§. XXXIX.

Imminuta ergo sufficienter, iuxta hactenus traditos modos, nimia humorum copia in sénibus, propiciendum tandem est, ne denuo increscat *plethora*. Optime autem tale incrementum praecavetur, si occasionalibus causis denegatur accessus (§. XII.). Erit ergo in *praeservatoria methodo* eo admittendum, ut sédulo omnes tales evitentur causae; unde ingluvies nimia, vegetis quandoque

que adhuc familiaris senibus, ante omnia cane & angue
peius est fugienda, & quo citius senectus increscit, eo citius
aliquid est detrahendum quantitati consuetae alimento-
rum; porro cavendum est, ne abutantur spirituosis, inpri-
mis sic dictis aquis vitae; nocet etiam nimius vini usus,
in primis si austерum illud fuerit; spiritus enim abstractitii
vinaque austera frequentius hausta non solum fibras red-
dunt rigidas, sed & inordinatas humorum commotiones
inducunt. Proinde quoque formus excedens vitandus,
ac vita sedentaria, ad quam sexus praecipue sequior ad-
modum inclinat, in quantum vires permittunt, cum la-
boriosa vel magis mobili commutanda est. In senibus
autem decrepitis, quibus non sufficiunt vires pro deambu-
latione, arte sublevanda est natura, tuncque in iis sella
ambulatoria, Germanis *ein fabrender Stuhl* dicta, pree-
stabilit usum ambulationis. Talis enim sella, in conclavi-
bus circumrotata, ad aliqualem viscerum abdominis ex-
agitationem confert, hacque ratione circulatio sanguinis
pari fere modo, sicuti motu obambulatorio, qualitercum-
que promovetur, stases perniciose praecaventur, in
quantum possibile, & perspiratio secure adiuvatur, inpri-
mis si insuper frigus externum arcetur, & magis sub
temperate calido aere tales senes versantur, infusa etiam
calida subinde adsumunt, simulque concedunt, ut le-
niiores frictiones frequentius, matutinis maxime & ve-
spertinis temporibus, instituantur, utpote quibus non so-
lum quadantenus acceleratur & magis aequalis redditur
humorum circulus, sed & abundantium serositatum ex-
cretio intenditur, partiumque solidarum tonus, admodum
iam debilitatus, iterum moderate augetur.

§. XL.

§. XL.

De reliquo haud exiguum utique praeervationis momentum etiam in legitime & convenientis diaetae observatione positum est, quae tamen rarius in senibus obtineri potest, cum pravas suas plerumque aegerreme mutent consuetudines, & ob morosam successive invalescentem animi indolem, antiquum vivendi genus, una cum cibis & potulentis palato suo arridentibus, pertinaciter retinere soleant. Hinc necessitas communiter postulat, ut praeter iam enumerata (§. XXXIX.) prophylactica praesidia magis generalia, etiam specialius quodam in subsidium vocetur, tories nempe hactenus commendata *venaelectio*, quae si etiam praeservatorium non amplius praestare valet effectum, actum certe erit de sanitate senum, gressuque citato demum adpropinquabit vitae

F I N I S.



PRAE-

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
DOMINO
GOTTLIEB ERNESTO GORN

S. P. D.
GODOFREDVS BENIAMIN FEYEREISEN,
MEDICIN. CANDID. OPPONENS.

Religionis merito mihi ducerem, PRAESTANTIS-
SIME DOMINE CANDIDATE, si solemnem
illum diem, quo summi artis Apollineae honores
TIBI parantur, sine publica quadam gaudii & amoris mei
erga TE testificatione dimitterem. Postulant id a me le-
ges amicitiae nostrae, quae a tot annis, & quidem iam a
Lyceo Soravensi inter nos obtinuerant. Quare iam TIBI,
AMICORVM SVAVISSIME, lauream Hygaeae mox
adipiscendam ex animo gratulor, TEque optimis quibusvis
prosequor votis, ut omni prospexitatis genere cumulatus,
per longam annorum seriem vivas, miserisque solatio &
patriae ornamento sis. Quod superest, maiorem in modum
abs TE peto, ut inter nos tamdiu continuatam amicitiam
perpetuo conserves atque certissime TIBI persuasum habeas,
me TVI semper futurum esse studiosissimum amantissimum
que. Vale. Dab, Halae Magdeb. d. XII. Mart. MDCCL.

Gün bekommst Dein Fleiß zum Lohne,
Wornach Du schon lang geträcht,
Die verdiente Lorbeer-Crone
Wird Dir heute überbracht.
Solt' ich also iezo schweigen?
Da Dein frohes Fest erscheint,

F

Nein!

Mein! mein Herz will Dir zeigen,
Dass es treu und redlich meynt.
Reiß vergnügt an Oder-Strande,
Glück und Heyl begleiten Dich;
Steigt Dein Wohl im Vaterlande,
So denck öfters auch an mich.

Mit diesem wenigen gratulirt aus aufrichtigen
Gemüthe des Herrn CANDIDATI treu-
ergebner Diener

C. W. Rothkeppel,
Baruthinus, Med. Cand. Oppon.

Freund! dem am Redlichkeit und Eugend keiner
gleicht,
Und dessen Freundschaft nie aus meiner Brust entweicht,
Dir weih' ich diesen Reim aus freundschaftlichem Triebe;
Dies bleibe künftig Dir ein Denkmahl meiner Liebe.
Ich kenne Dein Gemüth, das nicht nach Lobe geizt,
Sonst häusst' ich Deinen Ruhm, da mich die Wahr-
heit reizt.
Wer Dein Bestreben kennt, lobt Dein gelehrtes Wissen,
Doch Freund! mich schmerzt es sehr, ich soll Dich bald
vermissen.
Bald lohnt man Dein Bemühn, bald fröhlt man Dei-
nen Fleiß,
Bald reicht Hygäa Dir den wohlverdienten Preis.
Von Zärtlichkeit enbrannt wünscht Dir mein Herz viel
Glücke,
Geh freudig, geh beglückt ins Vaterland zurücke.
Sey Deiner Kranken Trost und zeige noch dabey,
Dass Deines Vaters Ruhm mit Dir zu theilen sey.
fahrt? Doch

Doch bist Du einst entfernt und meinem Aug' entzogen,
So gönne mir das Glück' und bleibe mir gewogen.

Dies setzte seinem jährlich geliebten Freunde
zum ewigen Andenken bey

Johann Friederich Hoppe,
Wratislav. Silesius, J. V. C.

Provehat eximos porro Deus optimus ausus,
Comprecor ex animo, suavis amice, TVOS.

Haec gratulabundus adiicere non erubuit

Ioh. Theoph. Ludowicus,
Iaura-Silesius, S. S. Theol. Cult.

Dein Fleiß, gelehrter Freund, erlangt nunmehr den Lohn,
Die Weisheit nennt Dich Hygäens liebsten Sohn,
Du sollst vor Dein Verdienst des Preisses edle Gaben,
Den Ring und Doctor-Huth, mit Ruhm und Ansehn
haben.

So zieh, geehrter Freund, beglückt nach Jauer hin,
Dein Wissen mehre sich, Dein Fortgang müsse blühn.
Sey stets der Deinen Lust und Leben Dir zur Freude,
Den Kranken als ein Trost bey überhäussten Leide.
Mir aber zeige noch, daß Deiner Freundschaft Treu
Mit gleicher Lieb und Huld entfernt gewogen sey.
So läßt mich Deine Huld mit viel Gewissheit glauben,
Den Freund, den ich geliebt, wird mir kein Schicksal
rauben.

Hiermit wollte seine Freundschaft und
Ergebenheit bezwegen

Johann Gottfried Nixdorff,
von Jauer aus Schlesien,
der H. G. G. Delfsener.
Nimm

Gib mir den verdienten Transz, mein Gorn! mein ächter
Sohn,
Den meine Brust gesäugt, der diesen süßen Lohn,
Wodurch die Tugend steigt, durch Müh und Schweiß
errungen,

Und der ins innerste der Dinge eingedrungen:
So spricht Hygäns Mund, da Sie mit fluger Hand
Und lächelnd holden Blick das theure Ehren-Pfand,
Den wohlverdienten Huth auf Deine Scheitel setzt,
Und so, geehrter Freund, Dein seltnes Wissen schätzt.
Schon längstens hat Sie Dir dies Kleinod zugesucht,
Indem Dein steter Fleiß viel Nächte durch gewacht,
Um ihren wahren Glanz, den Spötter kühn beschmitten,
Durch Waffen der Vernunft und Einsicht zu beschützen.
Durch Brand, Schwulst und Schmerzen fliehn! wo deiner Mittel

Kraft
Der sinkenden Natur so Stärk als Hülfe schaft.
Dein Seegen ist mein Wunsch, die Vorsicht wird ihn
reichen,
So flieht Dich Leid und Feind, wie sonst die Fieber
weichen.

Hiermit empfelet sich
Carl Christian Hübner,
von Jauer aus Schlesien,
der H.G.G. Beßlauer.



01 A 6597



Farbkarte #13



39.
28.

DE
PLETHORA SENVM
EIVSQVE RATIONALI
THERAPEUTICA TRACTATIONE
PER VENAESECTIONEM
SPECIATIM SVSCIPIENDA,

DIVINI NVMINIS AVSPICIIS

ET
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS CONSENSU
PRAESIDE

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
FACVLTATIS MEDICAE H. T. DECANO,
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITÉ PALAT. CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,

D. XIV. MART. A. S. R. CCCCCCL.

H. L. Q. C.

IN REGIA FRIDERICIANA

DISPV TABIT

GOTTLIEB ERNESTVS GORN
IAVORIA-SILESIVS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.